Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 142



Est & in alio positus otiosus sermo, quando quis confitetur, sed non emendatur: quando se pœnitere affirmat, & peccare non cessat. Quin & detractio otiosus est sermo: quia dum præsentem eum videt, cui quis detraxit, obmutescit. Et qui libere confidenterque non reprehendit, etiam obloquitur; quoniam robore ac firmitate sermo ejus caret. Et qui ex seipso mendacia fingit, eodem sermonis otiosi vitio laborat: quia ea, quæ nec facta, nec visa sunt, enarrat.

His autem cunctis obstricti sumus criminibus, fratres. Neque enim hæc temere ac frustra instituta est a me indagatio. Expono autem vobis, tamquam medicis, mala quæ patior: ut curandis meis vulneribus, orationis vestræ medicamenta adhibeatis. Conor vobis singulas actiones meas aperire: nam si veritatem tacuero, meipsum injuria afficiam. Multi sunt, qui præ pudore occultando morbum, insanabilem eum reddunt, quem novissime dolent se medico non exposuisse. Ego vero, nisi mea peccata propter eorum multitudinem me effugerint, non cælabo confusionem meam. Melius est enim opem deposcendo, vivere; quam præ verecundia silendo, fame miserabiliter perire. Conducitque magis, dolorem tolerando, vitam retinere; quam ad breve tempus quiescendo, morbum plane incurabilem efficere. Lethalem igitur in me locum quemdam otiosus sermo tenet, totusque in me, ni fallor, abditus est. Quis est ergo sermo otiosus? Qui in solo habitu versatur: qui post boni cognitionem in malis persistit: qui quæ bona sunt, docet, & opere non perficit. Scio quidem me multa, fratres, ad vos, & ad alios plures conscripsisse: sed ea scribendo, sententiam in me ipse tuli. Cumque male agerem, cognoscebam quæ a me perficiebantur, & in male agendo perseverabam: & simulabam, fingens justum quod erat injustum. Monachosque judicabam, cum ipse monachi dumtaxat habitum in me circumferrem. Verum ea mihi sola tantis in malis reliqua est excusatio atque defensio, quod nemini scandalum præbuerim. Malum quidem commisi: sed illius testes non sunt homines. Alios scriptis redargui: at nemini gravis aut molestus fui. Veritatem injuria affeci ad misericordiam inclinans: sed in me ipso tale quid non præstiti. Fratribus cibos male distribui: sed non eos propinquis meis attribui. Ventrem replevi: sed non epulis sumtuosis. Jejunium solvi: sed non contemsi. Animi continentiam accurate professus sum: sed ad tempus immutavi. Mendacio attrahebar quidem certe: verum non oblectabar. Preces atque orationes neglexi: non ulla tamen adductus impietate. In Psalmodia negligenter me gessi: sed non aliis mundanis rebus distrahebar. In manuum opus non incubui: non tamen

A προσέταξεν. Ἔστι καὶ ἐν ἑτέρῳ ἀργὸς λόγος, ὅτε τις ἐξομολογεῖται, καὶ οὐ διορθοῦται· ὅτε μετανοεῖν λέγει, καὶ πάλιν ἁμαρτάνει. Καὶ ἡ καταλαλιὰ δὲ ἀργὸς λόγος ἐστὶν, ὅτι ὁρᾷ τὸν διασυρέντα καὶ σιωπᾷ. Καὶ ὁ μὴ ἐλέγχων δὲ μετὰ παρρησίας, καὶ οὗτος καταλαλεῖ, ἐπειδήπερ ὃ λαλεῖ οὐκ ἔχει ὑπόστασιν. Καὶ ὁ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ψεῦδος συνθεὶς, ἀργολογίαν ἐργάζεται, ἐπειδὴ τὸ μὴ
B πραχθὲν ἢ ὁραθὲν διηγήσατο.

Ἐν πᾶσι δὲ τούτοις ἐνεχόμεθα ἀδελφοί· οὐ γὰρ ματαίως μοι τούτων περιῆκται ἡ ἔρευνα. Λέγω δὲ ἃ πάσχω ὡς ἰατροῖς, ἵνα πρὸς τὸ τραῦμα τὸ ἔμπλαστρον διὰ προσευχῆς εἰς θεραπείαν κατασκευάσητε. Σπουδάζω τοίνυν ἐπιδιελθεῖν ὑμᾶς τὰς πράξεις τὰς ἐμαυτοῦ· ἐὰν γὰρ μὴ εἴπω τὴν ἀλήθειαν, ἐμαυτὸν ἀδικῶ. Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ διὰ
C τὴν αἰδῶ κρύφια πάθη ποιοῦντες ἀνίατα· ἀλλ᾽ ἔσχατον λυποῦνται μὴ διηγησάμενοι. Εἰ δὲ μὴ λάθω ἐγὼ ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ὄντων μοι ἀδικημάτων, οὐ κρύπτω μου τὴν αἰσχύνην. Κρεῖττον γάρ ἐστιν ἀπαιτοῦντα ζῆν, ἢ αἰδούμενον λιμῷ ἀποθνήσκειν οἰκτρῶς. Καὶ συμφερώτερόν ἐστι πονέσαντα ζῆν, ἢ πρὸς βραχὺ ἀναπαέντα, αὖτις ἐν ἀνιάτοις πόνοις γενέσθαι. Νεκρὸν ἄρα καὶ ὁ ἀεργὴς λόγος ἐν ἐμοὶ τόπον ἔχει τινά· οἶμαι ὅτι ὁ λόγος ἐν ἐμοὶ κατα-
D κέκρυπται. Τίς οὖν ἐστιν ὁ λόγος, ὁ ἀεργής; ὁ ἐν τῷ σχήματι διατρίβων, ὁ ἐν κακοῖς μετὰ ἐπίγνωσιν διαμένων, ὁ διδάσκων καλὸν ποιεῖν, αὐτὸς δὲ μὴ ποιῶν. Οἶδα μὲν οὖν ὅτι πολλὰ ἔγραψα καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀδελφοὶ, καὶ πρὸς ἄλλους πλείονας· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ γράφειν, ἐννόουν, ὅτι εἰς κατάκρισίν μου ἔφερον τὴν ἀκρίβειαν· καὶ ἐν τῷ πράττειν δὲ κακὸν, ᾔδειν ὅ, τι πράττω, καὶ ποιῶν ἐπέμενον.
E Καὶ ἐσχηματισάμην ποιήσας τὸ δίκαιον ἄδικον· καὶ μοναχοὺς ἔκρινον περιφέρων τὸ σχῆμα ἐν ἐμοί. Ἀλλ᾽ ἔχω ἀπολογίαν τινὰ ἐν τοῖς εἰρημένοις, ὅτι οὐδένα ἐσκανδάλισα. Κακὸν μὲν ἔπραξα, μάρτυρες δὲ τούτου οὐκ εἰσὶν ἄνθρωποι· ἤλεγξα γράφων, ἀλλ᾽ οὐκ ἐβάρησα· τὴν ἀλήθειαν ἠδίκησα ἐν ἐλέει προσκλινόμενος· ἀλλ᾽ εἰς ἐμαυτὸν οὐκ ἐδαπάνησα· τὸ τοιοῦτο ἐδιοίκησα τροφὰς κακῶς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ
F γένει οὐ προσένειμα· γαστέρας ἐπληροφόρησα, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν πολυτελείᾳ· νηστείαν ἔλυσα, ἀλλ᾽ οὐχὶ καταφρονήσας· ψυχῆς ἐγκράτειαν ἠκριβωσάμην, πρὸς δὲ τὸν καιρὸν μετεβαλόμην· ψεύδει ἐπεσπώμην μὲν οὖν γε, ἀλλ᾽ οὐ τερπόμενος· εὐχῆς κατεφρόνησα, οὐ μέντοι τῇ ἀσεβείᾳ πεισθεὶς· ψαλμῳδίας ἠμέλησα, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ ἑτέροις κοσμικοῖς μετεωριζόμενος· ἔργου χειρῶν οὐκ ἐφρόντισα,

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0390
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg